



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Practici Tractatus, De Legibus

Marchius, Ewald

Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661

§. 30. Sanctos invocandos & imitandos docet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42256

30 *Nucleus mysticus Legū*

a Cumque Deo dignas, nequeas persolvere
laudes,

b Offer quod poteris, cui grata est recta vo-
luntas;

Si volucres cantu, si cuncta creata loquan-
tur,

Vix benefacta Dei minima vel parte refer-
rent,

Ergo homo quid poterit pro tantis reddere
donis

Condignum? Nil: sola placet submissio Cor-
dis,

Atque Animus gratus panis quem suscipit
ulnis,

§. 30.

Sanctos invocandos, & imitandos docet.

Sancti per fidem vicerunt Regna, operati
sunt iustitiam; adepti sunt repromissio-
nes, lapidati sunt, secti sunt, in occisione
gladii mortui sunt. *Hebraeor. 11. v. 33. & 37.*

c **G**Audia Sanctorum, devotā mentere-
volve,

d Festivi rutilæ qui fulgent Lampadis in-
star,

e De victo Mundo, Sathana cum morte
triumphum

a *Psal. 102. Luca. 1. b Luca 2. c 14*
d *Sap. 3. e* *Isaia 9.*

a Concelebrant, semperque Dei, magnalia
cantant,

Ipsorum, pro fine bono pia vota precare,

b Quos tibi Fautores reddes, exempla se-
quendo:

c Quid non fecerunt Sancti, dū vita manebat?

Quid non petessi, raperent ut præmia Cæli

d Experti laqueos, gladios, et gasta, furcas,

Ignes, ac lapides, virgasque, Rotasque, Cru-
cesque

Pauperiem, exilium, frigus mortesque pro-
brofas,

Et miseram in Mundo vitam, cum morte tra-
hebant

Et tu, credo, voles ipsorum sorte beari?

Hanc sperare potes, vitam moresque se-
quendo:

a Apoc. 5. *b* I. Corinth. II. *c* Sap. 3.

d Habr. II.

§ 31.

*Beatam Mariam Virginem honorandam hor-
tatur, ejusque figuras et laudes ex S.*

*Litteris et Vaticiniis Prophetarum
depradicat.*

Ne timeas MARIA, invenisti gratiam apud

Deum, &c. Spiritus S: superveniet in te, &c.

Virtus Altissimi obumbrabit tibi, &c. *Lu-*

ca. IV. 30. et 31.

D 5

Præ